Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Nam sic audiuimus secessit dominus in partes tyri et sydonis. et inde mulier chananea de finibus illis egressa est. Petebat beneficium instantissime curande filie sue que male a demonio uexabatur. Tyrus et sydon non erant ciuitates populi israel sed gentium. quamuis uicine illi populo. Clamabat ergo auida impetrandi beneficium fortiterque pulsabat. et dissimulabatur ab eo. non ut misericordia negaretur. sed ut desiderium accenderetur. nec solum desiderium accenderetur. sed sicut ante dixi ut humilitas commendaretur. R. Dixit angelus ad iacob dimitte me aurora est respondit ei non dimittam te nisi benedixeris mi hi et benedi xit e um in eo dem lo co. V. Benedicens benedicam tibi et multi plicabo te. Et benedixit.

Clamabat mulier domino non audiente. sed quod facturus erat in silentio disponente. Discipuli rogauerunt pro illa dominum. et dixerunt. Dimitte illam. quia clamat post nos. Et ille. Non sum missus. nisi ad oues que perierunt domus israel. Hic uerborum istorum questio oritur. Unde nos ad ouile christi de gentibus uenimus. si non est missus nisi ad oues que perierunt domus israel. Quid sibi uult huius secreti tam alta dispensatio. ut cum dominus sciret quare uenerit. ut utique ecclesiam haberet in omnibus gentibus. non se missum dixerit nisi ad oues que perierunt domus israel. R. Vidi dominum facie ad faciem et salua facta est anima mea. V. Et dixit ne quaquam ultra uocaberis iacob sed israhel erit nomen tu um. Et salua. Intelligimus quod presentiam corporis sui. natiuitatem suam. exhibitionem miraculorum. uirtutemque resurrectionis in illo populo eum ostendere debuisse. ita fuisse dispositum. sic ab initio commendatum. Hoc predictum. hoc impletum. quia christus ihesus ad gentem iudeorum uenire debuit uidendus. occidendus. ad lucrandos eos inde quos ante presciuit. Non enim dampnata illa plebs est. sed uentilata. R. Pater peccaui in ce lum et coram te iam non sum dignus uocari filius tu us fac me sicut u num de mercennariis tuis. V. Quanti mercennarii in domo patris mei abundant panibus ego autem hic fame pereo surgam et ibo ad patrem meum et dicam e i. Fac.

In illo tempore. Egressus ihesus secessit in partes tyri et sydonis. Mattheum. Et ecce mulier chananea a finibus illis egressa. clamauit dicens ei. Miserere mei domine fili dauid. filia mea male a demonio uexatur. Qui non respondit ei uerbum. Et accedentes discipuli eius. rogabant